

Aduertencias paro

excommunicatione celebrantes: cum ministrantur peccantibus ministrando. Aduertendum est tamen, quod nulli occulto excommunicato licitum erit celebrare ad implendum preceptum Ecclesie, aut præceptum & obligacionem suo officio annexam, quando ex omissione horum præceptorum nullum graue scandalum sequitur, aut infamia. In his enim casibus, nec lex diuina, nec humana permittit aliquem excommunicatum celebrare, unde penitentiam irregularitatis incurrit celebrando. Ad uertendum insuper, quod semper dixi, quod propter vitandum magnum scandalum, & periculum licet dicto Religioso excommunicato celebrare, negata sibi auctoritate a suo Superiore. Adde notandum, quod nequit ratione verecundie, aut malæ famæ, quam ex reuelatione sui peccati reseruati apud suum Prelatum habere debet, erunt cause sufficientes, ut dictus Religiosus sine Confessione possit cum sola contritione ad celebrationem accedere. In hoc enim casu tenetur suo Superiori prius confiteri: nisi culpa reseruata apud Prelatos Ordinis sit iam in iudicio exteriori castigata, aut timet quod directe, aut indirecte ab ipso Prelato, reuelabitur.